



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

Item de clastro Vvestfaliae, cui Deus expensas pauperibus exhibitas  
duplo restituit, cap. 67

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

nerauit. Nā magister Andreas Spirensis per pecunias,  
quas in curia Frederici Imperatoris, nec nō & in Grē-  
cia cōgregauerat, magnū allodiū in Blitirsorp emit,  
& nobis in eleemosynam dedit. Vnde talis voluntas,  
nisi à Deo?

## CAPVT LXVI.

**E**odem tempore domus in Hemmenrode, mater nostra, non minorem charitatem, imò tāto maiorem, quanto ditior fuit, pauperibus exhibuit. Tanta enim fames pauperes premebat, vt mulieres pregnantes ante portam in nemore pariendi tempora implerent. Christus verò non immemor promissi: *Luc. 6.*  
Date, & dabitur vobis, quia largierant in dando, largam illis misit eleemosynam, Gerardus enim Præpo-  
litus sancti Simeonis in Treueri moriens, circa duce-  
tas libras argenti illis legauit, ex quibus centum ad  
portam in usus pauperum sequestrauit. Portarius cen-  
tum libras suas recipiens, non ex eis vineas, vel agros,  
sed totidem maledicta filiginis apud Confluentia com-  
parauit, quibus satis sufficiēter, usque ad messem, pau-  
peres sustentauit.

## CAPVT LXVII.

**R**etulit mihi frater Godeschalcus de \* Fulmen-  
steine, monachus noster, post eadem cara tem- \* Alias  
pora, Cellerarium quandam ordinis nostri de  
Westphalia occurrisse sibi; quem cūm interrogasset,  
quò festinaret; respondit ille: Ad concambium, ante  
messem, ob necessitatem pauperum, pecora nostra  
occidimus, calices & libros nostros oppignorauimus;  
modò Dominus misit nobis hominem, qui nobis tā-  
tum auri dedit, vt ei quantitas in duplo erogatis re-  
spondeat; vnde vado iHūd cambire pro argento, vt ex  
eo pignora nostra possim redimere, & greges reparare.  
Tria hæc exempla dicta sunt contra illos, qui viros  
claustrales iudicāt de avaritia. APOLLONIUS: Nūc pri-  
mum intelligo quid sit, Date, & dabitur vobis. CÆSA-  
RIVS: Non intelliges perfectè, nisi in futura vita quā-  
do pro tetrena substantia, quam pro Christo dimisi-  
sti, siue pauperibus in illius nomine dedisti, recipies  
*Luc. 6.*  
regnum,

regnum, quod paratum est electis ante constitutionem mundi. In illa die, filius hominis tibi cum ceteris electis tuum enumerabit datum, & tu eius recipies promissum. Quid enim dicet? Esuriui, & dedisti mihi manducare, & cetera, que ibi sequuntur. Viri tamen perfecti cum Domino iudicabunt. APOLLONIUS: Si tanta bona sequuntur eleemosynā, & illis, qui in hoc brevi tempore sectantur auaritiam. CAESARIUS: Duo illa verba Domini, scilicet, Date, &, Dabitur vobis, reuocant memoriam meam rem gestam, his qui hospitalitatem exercent pro exemplo satis necessariam.

*Mat. 25.  
De, Date  
& dabi-  
tur vobis*

## CAPUT LXVIII.

**A**bas quidam, ut puto de ordine nigro, sicut ex relatione cuiusdam Abbatis ordinis nostri didici, hospitalis erat valde, & circa pauperes multum misericors. Et quia in operibus misericordiae ferauens fuit, tales dispensatores domui suae ordinare studuit, qui non eius ferorem impedirent, sed magis incenderent. Quanto plures hospites suscepit, quanto plus charitatis pauperibus exhibuit, tanto illi & domui eius Dominus amplius benedixit. Post cuius mortem successor eius stimulatus auaritia, pietatis officialibus amotis, & eis quos tenaciores nouerat institutis, ait: Prædecessor meus nimis erat dapsilis & indiscretus, eius officiales nimis prodigi, sic ordinare debemus expensas monasterij atque temperare, ut si forte seges nostra grandinata fuerit, & tempora cara emerserint, habeamus unde pauperibus subueniamus. Huiusmodi verbis auaritiam suam pallians, hospitalitatē prorsus exclusit, & consueta beneficia pauperibus subtraxit. Charitate subtracta, proficere non potuit monasterij substantia: imo in brevi ad tantam decuenerunt paupertatem, ut vix haberent quod fratres manducarent. Die quadam vir quidam venerandæ canicie ieunavit ad portarium, quæsivit hospitium, quem ille quidem clanculò & cum timore collegit, atque hospitalitatis officia, pro posse & tempore, illi exhibens, adjecit: Non te scandalizare debet bone vir, quod tam negligenter te proculo, quia necessitas in causa est;

aliquando